

1522 in fallor.

Sigismundus I. Rex Poloniae  
 Leoni Pape Decimo.  
 Sanctissime etc.

Est humilem mei, requique et  
 Dominiõrum meorum commendatione  
 ac oscula pedum beatorum. Postqua  
 ad postulata Vestra Sanctitatis, ab ar-  
 mis cum Illustri Magistro Prussiae  
 destiti, et negotium hoc ita, ut jam ali-  
 as eidem Vestra Sanctitati scripsi compo-  
 situm est, cujusquidem potissimum causa  
 tenui apud illum Oratorem meum Re-  
 verendum Dominum Erasmum Episcopum  
 Ploicensem incumbantque mihi nonnul-  
 ta domestica negotia, quae presenti-  
 am ipsius Domini Episcopi requirunt  
 et regnicole mei exigunt, supplico Ve-  
 stre Sanctitati, ut illum cum bona  
 gratia absolvere et remittere ad me  
 citra moram dignetur. Ego vero postea  
 ubi res exposcere videbitur, tam mea  
 privata, quam publica rei Christianae  
 causa, et ad voluntatem Vestram omne  
 Vestra Sanctitatis, nunquam ad illum  
 Oratorem meum mittere gravabar, et  
 quia ipse Dominus Episcopus Ploensis  
 impetravit apud Sanctitatem Vestram  
 si eximi a jurisdictione Metropolita-  
 ni sui Gnesnen' Quae res cederet in con-

Suacione

1027  
Fusionem Ordinis et status regni mei.  
Supplico Vestre Sanctitati, id inritum  
facere dignetur, ut ego qui semper sa-  
tisque gravor difficultatibus bellicis,  
cum infidelibus etiam domesticis non  
perturber. Ceterum Reverendissimus Do-  
minus Cardinalis De Grassis regni mei Pro-  
curator jure habeat ista negotia mea  
et subditorum meorum, que Vestre San-  
ctitati omni studio ut Patri clemen-  
tissime etiam, atque etiam commendo  
mea singulari voluptate. Datum &c